

# INDICVLVS

Capitum quæ hoc commentario  
continentur.

## I.

- S**tanislai Kyzistanouvic Iurisconsulti  
Status Regni Poloniae compendiosa  
descriptio. Pag. 1
- I L. Polonia descriptio Martini Cro-  
maeri. Pag. 28
- III. Polonia Regni descriptio ex Thua-  
ni Historiarum lib. LVI. 217
- I V. De Valachia, ex Thuanii Historia-  
rum lib. LVIII. 236
- V. De Lituanæ gentis origine & mori-  
bus, ex Alexandri Guagnini Sarmatia  
Europæa. 238
- VI. Quædam ad Lithuaniam perti-  
nentia, ex fragmentis Michalonis Litua-  
ni. 246
- VII. De Ducatu Samogitia, ex Ale-  
andro Guagnino. 255
- VIII. Ioannis Lasicii Poloni de Diis  
Samogitarum cæterorumque Sarmata-  
rum. 270
- IX. Articuli constitutionum bellica-  
rum magni Ducatus Lituania, in comi-  
tiis generalibus constituti, à supremo &  
generali copiarum imperatore fortissimo,  
& heroe perpetua memoria dignissimo,  
illustri D. Gregorio Chodkieuicio Ca-  
stellano



I.

STANISLAI KRZISTANOVVIC  
Iuriconsulti

S T A T V S  
R E G N I P O L O N I Æ  
C O M P E N D I O S A  
D E S C R I P T I O.

*Rex Polonia.*

**V**T à Rege, tanquam suo capite, totum negotium initium capiat, Rex Poloniæ, provincias ditioni suæ subiectas, easque linguis fere omnes, vel dialectis saltem nonnullas differentes, habet octo: Poloniam Majorem, & Minorem; Magnum Ducatum Lituaniæ, Ducatus item Russiæ, Prussiæ, Massoviæ, Samogitiæ, Pomeraniæ, Livioniæ. Ex his provinciis habent nonnulli duces, Regi & Regno Poloniæ Feudatarios, ut sunt in Prussia, Livonia & Pomerania.

Valachiæ quoque, sive Moldaviæ inferioris, quæ est Russiæ contermina, Princeps, Regum Poloniæ per multos annos fuit Feudatarius; cujus etiam homagii,

A

Regibus